

da proponetur. Nemo autem rapiatur in admirati-
onem, necque quisquam Medicorum erubescat, quod
vitam protrahi et prolongari phas sit: cum duæ es-
ius rei causæ nobis in numero sint, quarum vna quæ-
dem est, quod nullus Terminus Mortis statutus est,
quo videlicet die nobis moriendum sit, sed vita no-
stra in potestate nostra posita est. Altera causa est,
quod habemus creatam medicinam ab eo, qui nos
creauit, ad conseruandum corpus in eius salubritas-
te, aut ad depellendas eius infirmitates. Hinc igitur
penitus intelligere nobis licet, quod necque Mors in-
firmitatem morbumue vllum afferat, necque contra
infirmitas morbusue Mortem: ac etiam si iuncta hæc
simul essent, eorum tamen ea mutuo est inter se con-
uenientia, quæ ignis et aquæ: tantumque inter se dis-
conueniunt. Nam morbus naturalis inuidet morti,
et irreconciliabili odio dissidet ab ea, eamque fugat:
nullumque omnino toto in corpore membrum eam
amat: Itaque diuersa planè est Mortis essentia, ratioque
distincta ab infirmitatibus. Ad perficiendum verò
et obtinendum hoc propositum nostrum, nos cum
nostris tantum loqui conuenit. Experientia namque
cui notæ sunt proprietates rerum, plurima intelli-
genda subministrat, quæ ab insignibus duntaxat
artificibus inueniri possunt quotidiano exercitio:

*Longæ vitæ duæ
Causæ.*

1.
*Terminus mortis
nullus.*

2.
Medicina creatæ.

*Mortis & Morbi
disconuenientia.*

D d ij

communè